

cumstantiarum tam ratione personæ, quam delicti, poterit reum in vinculis tamdiu detinere, donec vel revocaverit injurias; vel eas deprecatus fuerit, cum singulari contestatione animi, quod actorem noluerit hoc modo injuriâ afficere.

(2) *Cautionem de non amplius convitiando*; quæ tamen cautio absolvitur promissione, & stipulata manu, quod in posterum ab ejusmodi injuriis & convitiis velit abstinere: ulterius enim ad cavendum non facile adigitur.

III. *Interdictum de non defendendo convitatores*. Injurius siquidem in præjudicium læsæ partis non debet defendi ab alio, qui fortean illa verba in alium sensum per vim velit detorquere, aut eum instigare ad falsam illorum interpretationem: vel eum laudare, & factum istud probare. Qui enim hoc facere præsumserit, is ad marcam auri solvendam condemnari debet. Ratio est, quia nisi ejusmodi convitatores punirentur, sed aliorum suggestionibus & auxiliis possent, evitandò poenam, judicium eludere, difficile foret judici in casu necessitatis fabros convocare, aut eos ad extruendum vel reficiendum locum justitiæ cogere. Hac occasione legi potest Lauterbachii *dissertatio de Actione injuriarum recantatoria*.

## ARTIC. CCXVII.

*Extensio superioris Constitutionis ad cæmentarios.*

Was oben von den Zimmerleuten gesagt / wird auch von den Mäuern verstanden.

**S**o man dann einen Galgen oder eine Enthauptstatt mauren will / soll es der darzu nothdürfftiger Mäurer halben / in solcher peinlichen Gericht Oberkeit feßhaft / allermaßen / wie oben von den Zimmerleuten gesetzt ist / auch gehalten und gehandelt werden.

## AD ARTIC. CCXVII.

## ARGUMENTUM.

*Quomodo circa patibuli novi extruccionem, aut veteris reparationem sit procedendum, illud etiam de cæmentariis, si illorum quoque opera ad tale opus perficiendum aut reparandum desideretur, observandum est.*

EXE-